



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Rector datur Anglus, Ibidem

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

I. 587. Nam *Tydderus, Shawe, Bell, Maior*, Sacerdotes, fidem cum castimonia exuere: *Giffordus & Gratleyus* non sat cautam cum VValsinghamio alijque Hæretico familiaritatem colentes literarumque commercium, suo bono non diu latuere, Illi Parisijs, huic Patauij, eodem mandante Pontifice, inecta sunt manus: Et *Giffordus* quidem re iudicata condemnatus Lutetiae in carcere multo cum dolore præteritarum transfectionum mortuus est. *Gratleyus* Romam perductus, & apud Inquisidores sat multis annis allatuatus, in Apulia deinde extorris superuixit. Alij in Angliam profecti, consimilibus artibus Insulam vniuersam atque ipsos fide tuenda sacratos carcera plurima in *Alanum* & in Societatem inuidia compleuere. *Alanus* hoc tempore Romæ domicilium fixerat; huius auctoritas atque *Personij* industria ad componendos Aluminorum animos plurimum valueret: Inter cetera ad quietem tantata remedia illud etiam propositum, ut Recte daretur Anglis Anglus, quicum familiarius fortassis, & maiori cum fiducia, si qua viderentur grauamina, communicarent. *Guilielmus Holt* primus eum locum sortitus est, exente anno octogesimo sexto; deinde isto in Flandriam missio, *Iosephus Creswellus*: Quo anno in Purpuratorum Patrum Senatum *Alanus* cooptatus, quo dignitate eminebat, eo potentius ad omnem conciliandæ conseruandaque pacis rationem adlaborabat: Et Roma quidem presentem colebant verebanturque; absentem in Anglia non deerant qui æmulatione ducti calumnijs infectarentur, & quod Hispanis nimium obnoxius, & quod cum Societate nimium coniunctus videretur: Idem videlicet de quibus ipse ante initiam dignitatem, sic ad Rectorem de vrbe quibusdam in literis; "Illiustrissimo Protectori illud tantum scribo, vt auertat aures ab otiosis & inuidis quibusdam hominibus, qui Patrum & Collegiorum officia omnia dicunt esse in potestate nostra &c." Quæ eadem querimonia, verlo nomine, in Societatem iactabatur, quasi nobis omnia parerent, nostris consilijs cuncta in Anglia, & extra Angliam gererentur. Quam longè verò illa querela propagata sit, & quam acerbo cum fructu, hic compendio narrare non incongruum duxi, & plurium annorum tempestatem paucarum paginarum angustijs coercere potius quam reliquam Historiam perpetuis inuoluendo fluctibus naufragam lectori excitare.

**Continuata
Patrum
Missio in
Anglia,
Thomas
Mettamus,** X V. Antequam *Heymodus* & cæteri exularent, *Thomas Mettamus* Sacerdos, aetate, doctrina, & virtute venerabilis, post decem circiter annorum perpessos carcera, in Societatem cooptatus est; sic enim de illo *Personius* ad Ribadeneiram, decimo septimo Calendas Octobris anni octogesimi quarti. Quod attinet ad nostræ Societatis homines in Anglia, duo Presbyteri fuere occisi, *Campionus* & *Cottamus*: Carceribus tenentur quatuor, *Heymodus* & *Bosgrauius* in Castro Londinensi, *Metamus* & *Pondus* in *Wibiscensi*, quorum hi duo manent &c.) Et certiores litteræ *Mercuriani* Generalis ad ipsum *Mettamum* datae. Magnam (inquit) ex litteris Dominationis Vestræ ad *Darbishirum* nostrum scriptis cæpi in Domino consolationem, properter illud Sanctum & salutare desiderium quod in ipsis ostendebat; quod cum

Remedia,

Rector se-
minarij de
Vrbe An-
glia,Literæ Ala-
ni Ao. 82.Mercuria-
ni Literæ
ad Metta-
mus,